



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 39. Benedictus Odeschalchus Cardinalis in Papam electus, atque
Innocentius XI. nominatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Ludovicum Albertonum patria Romanum: Porro Clemens eam vivendi regendique methodum semper tenebat, ut ne quidem Protestantes, vigilantissimi Pontificum censores, quid jure carperent, ullatenus haberent: solus Weismanus illum sugillat, quod ob ætatem ad res gerendas ineptus, Cardinali Nepoti totum imperium traderit, hicque unice sub auctoritate & nomine Clementis regnarit: si autem Clemens solus regnasset, fors ab eo tanquam Vir nimium sibi confidens, & alieni consilii contemptor exagitatus fuisset. Quis corruptis horum stomachis escam ad soporem coxerit?

Sæc. XVII.
A. C. 1676.

§. XXXIX.

*Benedictus Odeschalchus Cardinalis in
Papam electus, atque Innoc. XI.
nominatus.*

Justis defuncto Pontifici pro more persolutis, Romanæ Urbis servatores centum viginti aureorum millia ex arce S. Angeli ad instruendum Conclave, deficiente ærario Pontificio extrahebant: die autem secunda Augusti sexaginta quatuor Cardinales, auditis Principum Legatis, sacris comitiis initium fecere: Cuncta, quæ a Conclavium Historico referuntur, huc adducere mini-

*Hist. des
Conclav.
Priorat.
Fast. Card.*

H 3

me

Sæc. XVII. me vacat; certum enim est, quod A.
A. C. 1676. thores de ejusmodi argumento age-
 tes; cum nec ejusmodi comitiis inte-
 fuerint, nec cum rerum gnaris con-
 rendi honorem promeriti sint, poti-
 mam partem duntaxat conjectando
 divinando assequantur, & non raro
 popinis relata, vel proprii sui cerebri
 partus, vel privati affectus commentis
 affingant illis, quos in Pontificum
 lectionibus præcipuas partes habuisse
 referunt: Ceterum Purpuratos aliquan-
 diu inter se fuisse discordes, haud in-
 ficiamur; quamvis enim potissimum
 Benedictum Odescalchum conspirantes
 huic tamen gallicæ factionis Cardina-
 les vehementer obstiterant, Jacobus
 Rospilioso, Viro sincero, prudenti, docto
 proprii sui commodi inimico favente
 cum autem suffragantium numero
 teris prævalere desperarent, plures
 lios Cardinales promovere nitebantur
 potissima autem ceterorum parte, to-
 toque populo Odescalchum expetente
 ipsi quoque Galli Hispanis juncti in eius
 sua contulere suffragia: quominus
 men illius electio statim promulgaretur,
 tur, reluctabatur Estræus, Cardinalis
 asserens, hunc in Clementis X. comitiis
 a Galliarum Rege fuisse exclusum, prius
 ergo Regis mentem esse explorandam
 Annuere ejus petito Cardinales, mi-

me dubii, hunc Virum Gallis fore ac-
ceptum, quippe ejus moderatione, qua
fui exclusionem nullo dato indignatio-
nis signo ferebat, Gallorum animos in
se rapiebat, ac insuper in Corsorum dis-
sidio sese plurimum commendatum red-
debat, cum enim in Purpuratorum Se-
nату deliberaretur, utrum ad Regis
postulata Imperialis Cardinalis in exi-
lium demandandus esset, Odescalchus
intrepido animo respondit, expedire,
ut unus homo pro populo moriatur.
Postquam igitur Rex hujus Cardinalis
electionem sibi acceptam fore, missis ad
suum Legatum literis testabatur, Car-
dinales die vigesima prima Septembris
Odescalchi cubile ingressi, in signum
proximæ electionis ejus manum exoscu-
lati sunt, ac diu reluctantem, mæstum-
que tam assiduis precibus, allatisque
tanti momenti rationibus pene oppres-
serunt, ut Deo contradicere, sibi reli-
gioni duceret; præcipue cum ejus vo-
cationem cæleste augurium comprobare
videretur; columba enim, postquam diu
libratis pennis in aere suspensa stetisset,
in conspectu omnium rapido iteratoque
volatu in Odescalchi caput descendens,
renitenti suaviter ablandita est: Prius-
quam vero is in sui electionem consen-
tiret, scripta Cardinalibus quædam ad
morum reformationem spectantia pro-

H 4

posuit

Sæc. XVII.
A. C. 1676.

Sæc. XVII. posuit capita, quibus Purpurati præstare
 A. C. 1676. juramento subscriberent; quæ licet ven-
 vendi licentiæ, & corrupto sæculi ge-
 nio adversa essent, nullam tamen in
 Patribus discordiam excitavere, imo
 eadem adhuc nocte eorum plures, ce-
 teri vero summo mane diei sequentis
 cunctos restaurandæ disciplinæ articu-
 los suo chirographo firmarunt: quo
 facto die vigesima secunda ejusdem
 Mensis Divo Matthæo sacra Cardinales
 una omnes illum more consueto Papam
 salutarunt, mutuis certantes lacrimis.
 Ubi vero Barbarinus sacri Collegii De-
 canus electionem promulgaturus, pro-
 more interrogaret: An aquiesceret Ode-
 scalchus, hic de sella surgens, accurrit
 ad Aram, ibique pronus in terra, se
 tanto oneri imparem elata voce profes-
 sus, sese ideo aquiescere declaravit,
 quia sui vocationem, quam nulla hu-
 mana ope præpedire potuit, a Deo
 esse crederet: Porro Innocentius XI.
 vocari voluit, ut gratus renovaret me-
 moriam Innocentii X. a quo Purpura-
 torum Senatui adscriptus est. Ceteris
 prior erat Christina Sueciæ Regina,
 quæ venerando pedum osculo neo-
 electo Pontifici filiale exsolvit obsequium,
 quod postea Principum Oratores & qua-
 tuor præcipue Senatores a Veneta re-
 publica designati pariter præstiterunt.
 Ad

Sæc. XVII.
A. C. 1676.

Ad hanc venerationem solus Pontifex tantam humilitatem ac modestiam præferebat, ut de hoc honore erubescere, atque in lacrimas uberrimas dissolvi videretur. Ipsa electionis suæ die Livium Odescalcham Nepotem suum ad se evocatum monebat, ut deinceps iis, quæ ex Paterna hæreditate Deus abunde ei contulisset, contentus imore privati viveret, nec Ecclesiæ dignitates prensaret, nec Principatus aut Principum affinitates ambiret; procul enim ab Aula sua Nepotum auctoritatem, indeque pullulantes corruptelas abesse voluit. Adeo ab omni pompa & jactantia alienus erat, ut in numismate, quod eo coronato Senatus Romanus cudi fecerat, hæc verba: *Innocens manibus & mundo corde deleri*, hancque epigraphen: *Salva nos Domine substitui* juberet. Inito etiam Pontificatu palam declarabat, se deinceps novos Principum Oratores non admissurum, nisi immunitatis privilegium abdicarent, eoquod exin non modo publicis vestigalibus damnum ingens inferretur, sed etiam ob delictorum impunitatem, ac promeritæ poenæ exemptionem peccandi licentia magis magisque foveretur. Denique a primis Pontificatus sui diebus coram Purpuratis declaravit, se nulla carnis & mundi ratione habita

H 5

dun-

Sæc XVII. duntaxat illos ad Pontificatus Min
 A. C. 1676. istros selecturum, qui virtutum calcul
 probarentur, atque ab Ecclesia non de
 vitias sperarent, sed secum curas
 labores partiri vellent.

§. XL.

*Hujus Pontificis gesta ante Pontifi-
 catum.*

*Ughell. Ital.
 sucra.
 Souverain.
 Europ.
 pag. 1547.
 Vita Inno-
 centii XI.*

Natus erat Benedictus Odescalchus
 Anno Incarnationis Dominicæ mil-
 lesimo sexcentesimo undecimo Novo-
 comi Mediolanensis Ducatus urbe: Or-
 tum duxit ex pervetusto ac Patritio ge-
 nere, cujus insigne decus erat Heros
 ille Odescalchus, qui jam anno Christi
 octingentesimo primo Viennæ in Del-
 phinatu collectis copiis Carolo Magno
 Imperatori suppetias tulerat, fixoque
 domicilio apud Longobardos suam gen-
 tem summo decore propagaverat
 prout plurimæ inscriptiones sepulcra-
 les ac monumenta in Comensi urbe, at
 Longobardica ditione hodiedum adhuc
 exstantia luculenter testantur: Num-
 rantur etiam inter hujus Pontificis A-
 vos Viri Insulis, legationibus, primis
 que dignitatibus subselliis inclyti: His
 merito exhibendi sunt Protestantes
 qui, dum in hujus Pontificis regimine
 ac moribus omnia commendare cog-
 rentur